



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

VIII. Iac. Sadol. Epsic. Carp. Herculii Gonzagæ S.R.E. Cardinalis S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](#)

nolle potuerim. Colam tuum saluere plurimum iubeo, cuius & memoria mei, & benevolentia delecto. Te de meis capere eam voluptatem, quam capio egomet, & tibi prorsus credo, & mihi est pergratum. Certe quod ad oculum feneclutis mea attinet, que aut instat iam, aut admodum propinquata est, videor habitus, in quorum pietate & modestia acquiescam. Ambo quidem literis misericordie dediti, & cui imprimis studiori peramantesque sunt. Quod cum agunt, non se addere tibi quippiam, sed se ornare adolescentiam suam clarissimi tui nominis cultu, & singulari obseruantia arbitrantur. Vale. VI. Idus Martiales, M. D. XXXIII.

## VIII.

IAC. SADOL. EPISC. CARP. HER-  
cili Gonzage S.R.E. Cardinalis S.P.D.

**S**VPERIORIBVS proximis diebus, cum tibi lucubrationem quandam meam misericordem, neque ipse tunc propter valerudinem scribere potuisse: monui micos, ut me tibi excusarent, perpetuamque meam in tua amplitudine omnibus meis officiis collenda, tibi declararet voluntatem, qui se id diligenter fecisse, teque in optimam partem omnia accepisse, mi referiserunt: infuperque te eis praecipitissime, ut scriberent ad me: si quid haberem in presentia elucubrati, aut quandocumque aliquid haberem, id ne grauarer comunicare tecum: ne si fecus agerem, grauor fieret a me amicitiae nostrae & veteri inter nos coniunctioni iniuria. Quo ego nuncio dupliciter delectatus sum: Nam & tui de me animi iudicium, & egregiam tuam cognouit ad optimas artes amplectendas voluntatem: qua mihi semper in te omni digna honore, & laude visa est, hoc etiam magis, quod in tanta raritate & penuria eorum, qui nobilitatem cum virtute habeant confundant, tu unus excellis: qui vtrunque ita adepus sis, ut in tuis plurimis maximisque ornamenti, maior tamen multo virtuti tue, quam fortuna gratia habenda sit. Itaque recordor iam inde ab tua iuventute adolescentia, me semper iudicasse, te forenum, aut certe praecepsum inter careros, in quo his temporibus perditis lumen vera dignitatis illucesceret: qui omnibus & natura & fortune bonis instructus, nobilitatem & potentiam, non anima iniuria, sed instrumenta bonitatis esse habitus. Postea vero quam ego in has fane longinqua regiones me contulsem, utique ad urbem accessilis, domiciliisque in ea fortunatum ac dignitatis tuae confituisse, nunquam mihi inauditus fuit splendor tuus, & singularis in omni genere morum elegancia, & comitas. Que cum vna & confitanti omnium voce laudatur, non dici posset qualiter afficiebat: cum intelligerem,

CARTA

ceterorum quoque hominum iudicia cum meis de te iudicis  
conferat. Atque hac quæ nobilitati & generi, & tuae majoriū;  
tuorum dignitati debita erant, illius tamen abs te gereban-  
tur, quam reliquorum vñs ferat. Quid i illa quæ iam tua sunt &  
propria, ne pauci isto loco attingunt, quanti tandem facienda  
limiquid bonas literas, quod optimas artes, omniaque hone-  
stissima studia ita consecrari, ut in honore ipso, non insignibus  
honoris, quibus solis plerique nituntur, statum tuæ dignitatis  
potius pures. Atqui ab his initiis viri illi oruntur, quorum  
aunc confilii maximè eger Repub, quæ, nisi me fallit, adducta  
eii in discrimen, ut vehementer nobis sit de communibus for-  
tunis extineendum. Sed qui in secundis rebus comparant se,   
ut possint aduersas & dubias, si quando inciderint, consilio rege-  
re, & virtute suffinere: hi omnia in se obtinent beatæ vita præ-  
parata, que ceteri paratus es. Facile enim & prudentiam  
in capillis consiliis, & in dandis fidem, autoritatem in senten-  
tia dicenda, in omni vita constantiam & gravitatem, ista tibi  
optimorum aurorum lectio suppeditabit, accedente præfertum  
ut aequa aetate. Quorum quidem princeps Aristoteles, cuius li-  
tios, eos qui de moribus & de republ. lunt, habere te in manibus,  
& ego confido, & imprimis planè expedit: omnes enim in illis  
& prudentie, & doctrina scatent fontes. Sed ego fortasse ince-  
pius, qui haec ad te scribam, quæ tu melius sis, quam ipse qui  
sabo. Ficit autem amor, non temeritas mea, me loquaciorem.  
Quapropter de his hactenus. Quod ad meas autem lucubra-  
tiones attinet. Ego illas orationes, quas requiris, neque confe-  
di, neque adeo amplius mihi conficiendas puto: alienæ enim vi-  
deatur haec iam exata, & hoc genera vitæ quod profitemur. Vnā  
enam quā perficeram, mihi sem tibi, ni veritus esset, ne quo-  
rumdam offendere animos, qui mihi necessarii in illa oratione  
nominiandi sunt. Sed loco illarū mittant tibi cūn primū pro-  
ponecepero, dialogum op̄timo genere instituendæ adolescen-  
tia, quem effata proxima conficiunt quo multa, & magna com-  
plecti conatus sumis hoc labore maiore, operaq; difficiliore, quod  
nemini habui veterum, qui me adiuvaret. Vnus omniū antiquo-  
rum (quod sciam) de hac eadem re Plutarchus scripsit: sed non  
in eum modum, ut mihi magno pere imitandus esse videretur.  
Nunc habeo in manibus de Philosophia librum, in quo illa à me  
defendenda est, grauteri uti peracta a T. Phædro: etenim partes  
illa traxi, amico homini iam mortuo, per quas & ingenium il-  
lus, quod erat in eo sumnum, & natura prompta ad accusan-  
dum laetellendum, commendarerur posteritati. Sed est opus ar-  
duum admodum, & per difficile. Nam cū de rebus altissimis,  
& maxime remotoꝝ a communi hominum sensu, differen-

dum est:rum obscurissimae res illustribus verbis & sententiis explicande. In quo alter est cogitandi & concipiendi labor, alter non minor, cogitata exponendi. Spero tamen fore, si ad calorem peruenero, ut maximis utilitacibus, quae è Philosophia sunt, intellectis, & tota vi præstantissimæ disciplinae cognita, multum posthac luminis dubiis hominum mentibus afferatur. Sed de his quoque fatis. Extremum est, vt te orem, vt me tui amantissimum studiosissimumque & diligas absentem, & tuo patrocinio protegas, ac tuare. Vale. Carpentoracti, VI. Calend. Februario, M. D. XXXI.

## IX.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT.

Hippolyto medici S. R. E. Cardinali. S.P.D.

**Q**VANTAM voluptatem accepimus, & quod fructu literariorum iucunditatis fuerimus cumularis ex amplificatione dignitatis tuæ: peto à te, vt ne meis ex literis coniecturam facias, cum id facilius sit tibi existimare, quām mihi scribere. Certe ita latet sum, vt ex paucissimis, quæ maximè desiderauim, hoc mihi imprimis gratum optatumque acciderit. Factum est autem Dei immortalis benignitate, vt nostrum gaudium omnī ex parte fuerit expletum, bona iam valerudine Pontificis maximi patrii tui nobis sunniatatio cuius salutē & vita cum salus omnis mea reposita sit, cumque ego eum præter venerationem debitam, vtque ad eò à me, semperque amauerim, vt neminem ardenter: nūc mirum est, si ex vobis & vestro in viranque partem statu, status omnis penderet & periculi & salutis meæ. Nam de te quidem ipso nominatio quid dicam? in quo ego statim ab inueniente pueritia, ea perspexi indicia in genij, humanitatis, modelis, ceterarumq; virtutum omniū, vt iam tum facile appareret qualis tu in aetate vir postea es fatus. Cuivis tamen eratis legitimū, quasi tempus expectare noluitis: sed optimis artibus literisq; deligendis, ac prudentiam hominum familiaritatem adhibenda, perfecti, vt virtutis in te cursus, quām eratis fuerit celerior. Gratulor igitur, & verè, ac ex animo gratulor, cūm dignitati tua, & cum illis eximiis virtutibus, per quas omni honorē & ampliitudine dignissimus es iudicatus. Et tum hoc gaudeo, tū etiam illud, quod ad eam felicem vitā potius es conuersus, quæ & longè tūtor, & ad beatam trāquillamq; degendam vitam accommodatior multo est. Quamobrem, quod est omnis vera gratulationis extreum, Deū immortalem supplex deprecor, vt tibi iste honos prius, & quod in istum ordinem dignitatemque venisti, id tibi faustum, felix, prosperum, fortunatumq; perpetuò sit: quod eiusdem